



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

VIII. De Postulatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Potestas arbitrarium non expirat re non integra, etiam non secuta electione. h. d.

Quod a si intra terminos confiterint, quod ab eis gestum fuerit, usque adeo ratum habendum erit, ut etiam non secuta electione, re tamen non integra, demandata sibi potestas revocari non possit. Ostendimus quibus modis electio celebretur: consequens nunc est ut videamus, & qui possint eligere, & in quos cadere possit electio.

QVI ELIGERE, ELIGIVE POSSUNT. TITVLVS VII.

Quibus ius eligendi competat. h. d. Vs igitur Prælatum eligendi ad Canonicos hodie, & ad viduata Ecclesia pertinet collegium. Sed & si qui consuetudine, vel præscriptione, pacto, vel privilegio fuerint muniti, ab electione minime sunt excludendi.

Impuberes, & non constituti in sacris non possunt eligere. h. d. Sed neque in pupillari ætate constituti, neque ii qui sacris ordinibus non sunt decorati, sunt admittendi. Absurdum enim esset, si ad tanti ponderis res explicandas, ii quorum nullum est animi iudicium, & ad sacra tractanda, ii qui nondum illa attingerent, assumerentur.

Excommunicatus minor excommunicatione eligit: secus majori.

Illud quaesitum est, an excommunicati ad eligendum admitti possint? Et sanè, si minoris excommunicationis vinculo tantum fuerint innodati, ab electione arcendi non sunt: Anathemate autem percussi, ab omni penitus eligendi facultate repelluntur.

Suspensus quoque non ab similibus obtinet distinctio. Si enim quis per solam Canonis dispensationem suspensus sit, electioni interesse minime prohibetur: si verò per iudicis sententiam, anathematizato similis habebitur.

Eligere à superiore prohibiti, absentes, hæretici, non possunt eligere.

His quoque & illi annumerari debent, quibus à superiore, ne eligant, interdictum est. Item absentes: qui tamen si legitimis causis ad electionem accedere impeditos esse se docuerint, aliis de capitulo votum suum demandare, secundum ea, quæ proximè b exposuimus, minime sunt prohibendi. Hæreticis autem, vel non Catholicis, indistinctè jus eligendi admittitur.

Ob non servatam formam, & ob negligentiam eligentium, electio devolvitur ad proximum superiorem. h. d.

Interdum tamen accedit, ut ii, quibus ab initio jus eligendi competit, eo iure postmodum priventur: ut puta, si qui aliter, quam per præscriptas formas, eligere tentaverint: Item, qui per tempus constitutionibus definitum in eligendo negligentibus fuerint: quo casu ad proximum superiorem eligendi potestas devolvitur.

Electio facta de indigno, ius eligendi transfert ad Romanum Pontificem.

Lia sanè c causa eorum est, qui scientes indignum eligunt, aut postulant: nam licet & ii eligendi iure priventur, id tamen non ad Primatem, aut Archiepiscopum, sed immediate ad summum Pontificem devolvitur.

Laiici non possunt eligere. h. d.

Laiici d quoque etiam si Principes sint, nullo neque consuetudinis, neque præscriptionis, neque conventionis iure ad electionem aspirare permittitur. Patroni tamen circa jam factam electionem, non indecenter postulari assensus.

a C. in causis. ext. eod. tit. b supra tit. præced. §. sed etsi quis. c d. e. quanquam. d d. c. sacrosanct. §. si. & ca. cum terra. in fi. eod. tit. cap. nobis. ext. de iure pa.

Qualem Episcopum esse oporteat. h. d.

Portet autem eum, qui in Episcopum eligendus est (cum Ars sit artium, regimen animarum) ætate maturum esse, natalibus illatum, corpore integro, sine candidum, literis instructum, religiosum, pudenter, temperatum, castum, hospitalem, mansuetum, inapprobabilem, secundum ea quæ latius infra a dictum sumus. Si enim ad seculares honores sine iustificatione, meritorum indignum est perveniri, & notari ambrosius solent, quos probitatis documenta non adjuvant: quibus diligens ac prudens habenda est dispensatio divinum numerum, & Ecclesiasticarum dignitatum?

Minor triginta annis, excommunicatus, suspensus, & non constitutus in sacris, & schismaticus non reconsecratus, non potest eligi.

igitur is, qui ad Episcopalem dignitatem promovendus est, annos natus esse debet non minus triginta b, nisi ea ætate Dominum c & baptismum esse, & connotatum fuisse legitimum: alioqui si quis minor fuerit, eligi non poterit. Idem d juris est in his, qui aut excommunicationis, aut suspensionis vinculo sunt innodati. Sed nec ii e, qui in sacris ordinibus non sunt constituti, sicut subdiaconatu, neque schismatici eligi debent.

Eligentes indignum per triennium eligi non possunt. h. d.

Lii f quoque qui scienter indignum eligunt, non sibi eligendi potestate privandi sunt: verum etiam penitentium, ut ab aliis eligi possint, se ipsos inhabiles reddunt.

Neophyta non possunt eligi.

Neophyta g quoque in Episcopos ordinari prohibentur: indecens enim est, & valde præposterum, ex fieri magistrum, qui nondum didicisset discipulus. Appellantur autem Neophyta h, qui propostium libertationis noviter assumperunt.

DE POSTVLATIONE. TITVLVS VIII.

Quid sit postulatio. h. d.

Postulatio i est ejus, qui eligi non potest in presertim, concors capituli facta petitio.

Qui non animi vel corporis vitio, sed alio in pro est eligi, puta minor XXX. annis, vel furvus, parit postulat.

Sciendum est enim, quosdam esse qui quædam eligi non possunt, postulari tamen minime prohibentur. Quæ res ita videtur posse commode dicitur, ut quædam que non animi vel corporis vitio, sed ob alios defectus, qualitatibus eligi impediuntur, idem tamen postulari possunt. Ex hoc apparet k, cum, qui ingentium annorum non complevit, item in minoribus ætatibus constitutum, aut laicum, item naturalibus lasum l, licet eligi non possint, postulari tamen possunt.

Episcopus & electus debent postulari, non tibi: scilicet Abbas, & alii inferiores. h. d.

Episcopus m quoque cum proprie sit allegatus Ecclesie, ad aliam transfugum facere non potest: ea proprie non eligendus, sed postulandus erit. Non idem tamen est n in Abbatibus, & ceteris Prælatibus infra Episcopos dignitatem constitutis: isti enim, licet propria Ecclesia videantur alligati, nihilominus eligi possunt: propositum tamen non deferunt monasterium, nisi licentia legitime impetrata.

a Infra, de vit. & honesta. b ca. cum in concilio. ext. de elect. c can. Presbyter. dist. 78. d sub eod. tit. §. etiam de seg. e. can. de Syracusan. in fi. dist. 21. ca. a multis. de qualita. f e. cum in concilio. §. si. & c. cum Visitationis. §. inquisitionem. ext. de elect. g can. dist. 48. h can. in dist. i. gl. in ver. vera postulatio. c. i. de postulato. in c. b. §. c. si. extr. de postula. & c. cupientes. §. de neg. de elect. in c. i. innotuit. extr. de elect. m d. cap. ubi gl. extra. postulat. a nullus religiosus. & c. Si Abbatem. de elect. in c. 17.

